

Nupta senatori, **comitata est** Eppia ludum
 (ad Pharon et Nilum famosaque moenia Lagi¹)
 <prodigia et mores² Urbis **damnante** Canopo³>.

- 85 **Inmemor illa** domus et conjugis atque sororis,
 nil patriae **indulsit**, / plorantesque **improba** natos
 [utque magis **stupeas**⁴] ludos Paridemque⁵ **reliquit** [...].

- Quā tamen **exarsit** formā, quā **capta** juventā⁶
Eppia ? quid **vidit** [(propter **quod**) **ludia dici**
 105 **sustinuit**] ? nam **Sergiolus**⁷ jam **radere** guttur
coeperat et secto requiem **sperare** lacerto⁸ ;
 praeterea **multa** in facie **deformia**, sicut
attritus galeā (mediisque in naribus) **ingens**
gibbus et **acre malum** semper stillantis ocelli.
 110 Sed **gladiator erat. Facit hoc** illos Hyacinthos⁹ ;
 hoc pueris patriaeque, hoc **praetulit illa** sorori
 atque viro. **Ferrum est** [**quod amant**]. **Hic Sergius idem**
 <acceptā **rude**> **coepisset Veiento**¹⁰ **videri**.



Le rétiaire Antigonus - Graffiti de Pompéi